Universitätsbibliothek Paderborn

# Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

132. Iudas de prodendo Christo cu[m] Principib. Sacerdotu[m] paciscitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 131. *Christus diem in templo, noctem transigit in monte Oliuarum. Luc. 21. *128.*

| S. Matthæus | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| | | ERat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Olիueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. *132. | |

CAP. 132. *Iudas de prodendo Christo cum principibus sacerdotum paciscitur, omnem iam captantibus eius comprehendendi atque è medio tollendi occasionem. Matth. 26. *130. Mar 14. *127. Luc. 22. *131.*

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| ET factũ est: cũ cõsũmasset Iesus sermones hos oẽs, dixit discipulis suis, Scitis q̃ post biduũ Pascha fiet, & filius hoĩs traditur vt crucifigatur. Tunc cõgregati sunt principes sacerdotũ & seniores populi in atriũ principis sacerdotũ, q̃ dicebatur Caiphas: & cõsiliũ fecerũt vt Iesũ dolo tenerẽt, & occiderẽt. Dicebãt aũt, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. *112. Tũc abijt vnꝰ de duodecim, q̃ dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare & ego vobis eũ tradã? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatẽ vt eũ traderet. *133. | ERat autẽ Pascha & Azyma post biduũ: & quęrebãt summi sacerdotes & Scribę quomodo eũ dolo tenerẽt & occiderent. Dicebãt enim, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret populi. *113. Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eũ illis. Qui audiẽtes gauisi sunt: & promiserũt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quomodo illũ opportunè traderet. *133. | APpropinquabat autẽ dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: & quęrebãt principes sacerdotũ & Scribæ, quomodo eum interficerent: timebant verò plebem. Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes, vnũ de duodecim. & abijt, & locutus est cũ principibus sacerdotũ & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatẽ vt traderet illũ sine turbis.* 135. | |